

941 marzo 14, Pisa¹

Alla presenza dei re Ugo e Lotarius il marchese Ubertus, conte di palazzo, investe Corradus, vescovo di Lucca, e il suo avvocato Teupertus, figlio del fu Rodulfi, di una corte nonchè dei beni di alcune pievi dipendenti dall'episcopio lucchese, il possesso dei quali veniva senza ragione contrastato da Imilga e da suo figlio Roffredus, i quali per altro non si erano mai presentati in giudizio.

Originale.

Archivio Arcivescovile di Lucca, *G 24 [A]*.

Edizioni: Manaresi, n. 140

(S) Dum in Dei nomine civitate Pisa, ad curte domnorum regum, ubi domnus Hugo et Lotharius gloriosissimi regibus preerant, subitus vites que Topia voc[atur] infra eadem curte², in iudicio resideret Ubertus³ illuster marchio et comes palatii singulorum omnium iusticiam faciendas ac deliberandas, resedentibus cum eo A[delardus]⁴ Vulterensis, Adelbertus⁵ Lunensis sanctarum Dei Ecclesiarum venerabilibus episcopis, Vualpertus⁶, Duranti⁷, Iohannes⁸, Ursus⁹, Teupaldus¹⁰, Andreas, Ropaldus¹¹ iudices domnorum regum¹², Gumper[tus, An]dreas notarii sacri palatii, Cunrado, Benedicto, Ingelbertus, Beraldo qui et Bonizo, Gausbertus qui et Pepino¹³, Teubaldus filio eius, Rimgnipertus, et item Ursus, alio Cunrado et reliqui [plures]. Ibique eorum venens^a presencia Cunradus episcopus sancte Lucensis Ecclesie una cum Teupertus filio quondam Rodulfi avvocato suo et ipsius episcopio sancte Lucensis Ecclesie et retulerunt: "Iam plures vices nos re[clamavi]mus^b ad comes ipsius comitatu Lucensis et ad domnum Ugonem et Lotharium filio eius gloriosissimi regibus adque ad vos Ubertus marchio et comes palatii, ut nobis iusticiam fecisi[tis] de Immilga filia quondam Cunradi¹⁴ et de Rofredus filio eius, qui parti nostro episcopio malo ordine et contra lege contradicunt cortem unam domuicoltilem iuris episcopio nostro, que est in loco et fund[o ...] cum omnibus casis et rebus ad eam pertinentibus adque et omnibus casis et rebus illis iuris ecclesie plebis sanctarum Dei genetricis Marie et sancti Stefani seu sanctorum Ipoliti et Iohanni, que sunt plepes^c ipsas [posi]tas una in loco Decimo, alia in loco qui dicitur Villa¹⁵, tertia inter Arno et Arme cum omnibus aliis casis et rebus qui pertinent de oraculum sancte Marie qui dicitur a Monte¹⁶, que est de sub [regimi]ne et potestate predicte Ecclesie sancti Ipoliti, adque de casis et rebus illis ubi sub Silvule dicitur, seu rebus in loco Sesto; que cortem ipsam et easdem plebes seu oraculum cum omni eorum integritate et [perti]nencia pertinent de sub regimine et potestate ipsius episcopio nostro sancte Lucensis Ecclesie; unde eorum epistolas et misos ac sigillos directas fuerunt ut ad placitum venissent nobis iusticiam [facien]dum, set eos ad placitum umquam abere non potuimus; hunde querimus, ut vos Ubertus marchio et comes palatii nos ad parte ipsius episcopio nostro de ipsa curte et de iam dictis aliis om[nibus casis] et rebus qui pertinent de easdem plebes et oraculum seu de suprascriptis casis et rebus in locas et fundas sub Silvule et Sesto investiatis, sicut actenus nostro episcopio et ipsas plebes et oraculum sancte Marie [investi]to et investitas fuerunt". Cum ipsi Cunradus¹⁷ episcopus et Teupertus eius et ipsius episcopio advocatus taliter retulissent, tunc recordati sunt omnibus supradictis auditoribus, quod ita eos reclamare vidissent. Fecit ipse Ubertus marchio et comes palatii eos per ipsum placitum intus et foris querere et vociferare, et cum eos non invenissent, tunc per fuste, qua[m] suis tenebat manibus, ipse Ubertus marchio et comes palatii eosdem Cunradum episcopum et Teupertus advocatus de ipsa curte et de iam dictis omnibus casis et rebus, unde se

reclamant, a parte ipsius e[piscopio] sancte Lucensis Ecclesie et predictas plebes et oraculum investivit, sicut actenus investito et investitas fuerunt. Insuper misit ipse Ubertus marchio et comes palatii bannum domno[rum regum] super ipsa curte et super ipsis casis et rebus in mancosos auri duo mille, ut nullus quislibet magna parvaque persona iam dicto episcopio nec iam dictas plebes neque oraculum de ipsa curte cum omni sua [inte]gritate et de iam dictis aliis omnibus casis et rebus de easdem plebes et oraculum pertinentem adque de prelibatis casis et rebus in locas et fundas sub Silvule et Sesto desvestiad. Qui vero fecerit, predi[c]tos duo mille mancosos auri se agnoscat esse compositurus, medietatem parti camere nostre et medietatem ipsius episcopio et ipsarum plebes et oraculum. Et anc toticia^d pro securitate episcopio sancte Lucensis Ecclesie et plebes sancte Marie et sancti Stefani seu sanctorum Ipoliti et Iohanni fieri amunuerunt. Quidem et ego Adelbertus¹⁸ notarius ex iussione suprascripto Uberti marchio et comes palatii seu iudicum amunicionem scripsi. Anno rengni idem domni Hugoni et Lotharii filio eius gracia Dei reges Deo propicio domni Ugoni qui[nto] decimo, Lotharii vero decimo, quartodecimo die mensis marcii, indictione quartadecima.

Signum + manus suprascripto Uberti marchio et comes palatii, qui ut supra interfui.

+ Adelardus umilis episcopus interfui.

+ Ego Adelbertus episcopus interfui.

(S) Vualpertus iudex domnorum regum interfui.

(S) Iohannes iudex domnorum regum interfui.

(S) Teutpaldus iudex domnorum regum interfui.

(S) Petrus iudex domnorum regum interfui.

(S) Urso iudex domnorum regum interfui.

(S) Vuillerado¹⁹ iudex domnorum regum interfui.

¹ Su questo placito Puglia 2002, pp. 677 e ss.

* La revisione della trascrizione è stata condotta sulla base del confronto sulla pergamena originale conservata nell'Archivio Arcivescovile di Lucca; per esigenze di uniformità interne al progetto, si è scelto di riportare in nota, come per le altre precedenti trascrizioni, le varianti di Manaresi.

² Da identificarsi con la corte ducale documentata a Lucca sin dall'VIII secolo, Keller 1969, p. 36

³ Uberto, marchese, figlio di Ugo di Provenza e di Wandelmoda, Hlawitschka 1960, pp. 201 e ss; Cammarosano 1998, *ad indicem* e Nobili 2006, pp. 138-140. Si veda anche il placito Manaresi, n. 141 (941 marzo 25).

⁴ Su Adalardo, vescovo di Volterra (918-941), Ceccarelli Lemut 1991, pp. 23-58.

⁵ Su Adalberto, vescovo di Luni, Puglia 1997/1998, pp. 13-21.

⁶ Vualperto, iudex, attivo tra gli anni 935 e 945 anche a Pavia e a Milano, Radding, 1988, *Appendice*, n. 116.

⁷ Puglia 2002, p. 681 ricorda come Durante, figlio di uno scabino, fosse imparentato con una famiglia di giuristi lucchesi, v. Schwarzmaier 1972, p. 280.

⁸ Per le possibili identificazioni si rimanda a Puglia 2002, p. 681 e nota 13.

⁹ Puglia 2002, p. 682 e nota 21.

¹⁰ Teupaldo compare caratterizzato nella documentazione come scabino, notaio, messo del vescovo e messo del duca, vid. Schwarzmaier 1972, p. 281.

¹¹ Schwarzmaier 1972, p. 280.

¹² Radding 2013, pp. 238 e ss.

¹³ Personaggi di ambito pisano protagonisti del placito dell'anno 973 ottobre 19.

^a In Manaresi "veniens", cfr. p. 528, nota b.

^b Si desiderano.

¹⁴ Su Imelga e il figlio Roffredo, parenti del vescovo di Lucca Corrado, Schwarzmaier 1972, pp. 100-105.

^c In Manaresi "plebes", cfr. p. 528, nota h.

¹⁵ Repetti, I, p. 135.

¹⁶ Santa Maria a Monte, Pisa, Mailloux 2001, pp. 81-102. Nella documentazione giudiziaria lucchese compare anche in Bertini, IV/2, n. LIII (901 aprile 23).

¹⁷ Ranallo 1973, pp. 728-730. Compare anche in Manaresi, n. 141 (941 marzo 25).

^d In Manaresi, “noticia”, cfr. p. 530, nota *a*.

¹⁸ Rogatario anche del placito Manaresi, n. 141, (941 marzo 25).

¹⁹ Willerad, *iudex* attivo nel volterrano, Puglia 2002, p. 683.